Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines
We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute
The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

A Monsieur
Monsr. N. J. Jacquin
Conseiller de Sa Majesté Imperiale et
Royale d'Hongrie etc. Professeur en
Chimie et Botanique. etc.

a

Vienne

Gorterus.

Hunt Institute for Botanical Documentation

Viro Clarissimo
N. J. Jacquin
Chemiae et Botanices Professori celeberrimo,
H. D. Gaubius S. P. D.

Quo diutius tuum ad literas meas responsum exspectaveram; ut pene spem amiserim ejus unquam accipiendi; tanto majore me gaudio recreatum sensi, cum tandem initio veris et humanissimas tuas literas, et aliquot abhinc mensibus etiam cistam donis tuis quam gratissimis plenam acciperem. Uti cum maxime praecipuum Senectutis meae oblectamentum in rebus naturalibus, praesertim fossilibus, tractandis situm esse, eoque studio horas meas tero; ita facile intelligis, quae misisti, jucundissimam mihi speculandi materiem praebuisse; cum et nova essent nec ante a me visa, et tui erga me animi propensionem tam luculente proderent.

Placuit inter cetera magnopere Sal sedativum nativum Hetruscum, quem annunciatum diario quodam legeram non sine ardente ejus videndi desiderio, cui tua humanitas praeter omnem meam expectationem plenissime satisfecit, ut eo et potiar fruarque in halophylacio meo.

Unam doleo abfuisse, certe in cistula non inventam esse glebam, in indiculo tuo no. 20 notatam, titulo Plumbum spatosum aurantium ex Anaberg Austriae. An similis illa aut gemina Sibirico plumbo aurantio, quod aliquot abhinc annis Petropoli ad me pervenit? Gratissimum feceris data occasione mittendo, si quid ejus tibi superest, quo carere facile possis: cupio enim cum Sibirica conferre

Ago et gratias pro examine glebarum, quas tibi miseram examinandas. Gleba Essequebo Americana, tametsi pretiosi metalli spem non praebet, nihilominus certo indicio esse videtur solum ejus natale ulterioris scrutinii impensas vel maxime mereri. At Batavi nostri, indigenis fodinis destituti, multoties etiam mea aetate a metallurgis decepti, et nuperrime etiam, quos inter et ego sum,

Hunt Institute for Botanical Documentation

haud exiguum apud Saxones damnum passi, inde difficillime induci possunt ad impensas faciendas in perscrutandis terris suarum coloniarum, quarum tamen pars non parva ita sita est ut subterraneis thesauris non inferiorem terris Hispanicis dicat. Artes autem ad hoc opus perficiendum necessariae inter nos non excultae, ignorantur ab indigenis: alienigenae et extranei, si bonae frugis sunt, in suis regionibus fructuosiusve sat facile sibi de victu lucroque providere possunt: ita fit, ut non nisi ineptissimi et genus homines, tum ob inscitiam, tum ob pessimos mores, e patria sua exules, ad nos se conferant, a quibus identidem decipimur atque a ditissima rerum fossilium scaturigine alienamur.

Addo his literis exemplum alterius editionis meorum adversariorum, libellum Crobolarem, aliquot additamentis et correctionibus auctum; jamque in eo sum, ut Pathologia mea tertiam prodeat novis inventis utcunque accommodata, erroribusque meis repurgata: sed festino lente senex

Tu, Vir optime, si quae apud nos curata velis, mea quaeso opera utere, paratissimum invenies. Indica etiam, si quae curiositate tua digna, cujuscunque naturae aut regni fuerint, apud nos reperiunda, aut et pretio comparanda, desideraveris, certus me illa tibi, si quoquo modo potero, procuraturum: sentio enim me tibi obstrictissimum esse; vellemque par pari posse referre. Vale meque tuae porro amicitiae commendatissimum habe.

P. S. Turmalinum Tyrolensem magnopere desidero, prece pretioque illum libentissime mihi comparaturus.

D. Leidae a. d. XIII m. Sept. CIƆIƆCCLXXX.

Hunt Institute for Botanical Documentation